



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Lvdvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

medium, nulla facta mentione de arboribus, nullum fructum de eis habebit, sed locator omnes habebit. l. fructus. ff. de usufr. & si colonus arbores destruat, tenebitur pro eis. Similiter si alius, propter odium aduersus colonum, cuius odij colonus dedit causam, hoc faciat. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & secundum gloss. ibi, tenebitur etiam.

20 A G R O seminato per colonum, & post vendito per dominum, colonus partem suam habebit: secundum quod inter eos est conuentum. Si tamen venditor omnes fructus accepisset, agere poterit colonus contra venditorem. de leg. 1. l. nihil speciale.

21 S I conductor aliquid expendit necessarium expediens, vel utile in re locata: locator restituet expensas. ff. locari & conducti. l. dominus. Si tamen potest tollere expensas sine laesione rei locatæ, tollet, si vult: quia tunc locator non tenetur. §. si inquilinus. d. l. sed addes. Non intelligas tamen de expensis pro pascendis animalibus, vel colendo agro locatis.

22 C O N D U C T O R pro re conducta si pereat, vel deterioreretur, ex dolo, vel culpa sua, etiam leui, tenetur locatori: quia gratia vtriusque contrahitur. Infit, quib. mod. re. contrahi. obli. §. ult. & hæc est communior opinio, quod non teneatur de leuissima. Idem dic de locante operas suas. Si tamen tale opus requireret diligentissimam curam: vt polire pretiosum lapidem, & huiusmodi, teneatur etiam de leuissima. §. qui columnam. l. si merces. ff. loc. supra. custos. §. 2. depositum. §. 2.

23 L O C A N S rem viciosa pro bona scienter, tenetur conductori de rãno. argumen. in d. l. sed addes. & si etiam ignoranter locauit vitiosa pro bonis, tenetur de damno: non enim debebat dare pro bono, quod nesciebat hominum esse, licet crederet, quoniam exposuit proximum periculo: ideo de damno secuto tenebitur: secus si dedit simpliciter: sicut erat dicendo, Credo esse bonum, tu vide, &c. fecit enim, quod potuit, & dolus cessat.

24 S I locator ponat res meas in vna domo, vel camera alia, sine voluntate mea, & pereant igne, vel aliter, quod non fuisset, si in primo loco remansissent, tenetur restitutioni. l. nem quæritur. ff. eodem titulo. l. nem quæritur. ff. eodem titulo. Secus quando fecit hoc sine culpa, bona fide, nec etiam tenetur, quando etiam mala fide ponens, ita perisissent ibi, sicut hic ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. fina. Et dicenti fuisse dolum, vel culpam, incumbit probare. vbi quis tenetur de dolo, & lata culpa: sed vbi tenetur de leui, & leuissima, tunc incumbit conductori probare, quod fuit à casu. Sicut intelligit d. lex. fin.

25 C O N D U C T O R debens soluere pro aliqua re, quæ est eiusdem fori cõ domino, tenetur quætere dominum: sed si non est eiusdem fori, satis est, quod sit paratus soluere in domo sua: secundum Panormit. in c. significante de pig. sic intellige. d. c. propter similitudinem.

LV D V S.

L V D V S ex suo genere multis modis peccatum est. Primo, quando assumuntur turpia verba, vel facta, quæ si sunt mortalia, peccatum mortale est: aliter veniale. Secundo, quando proximo nocumentum notabile infert, est mortale peccatum. Tertio, quando gesta sanctorum in derisum, vel contemptum assumuntur, est etiam mortale, propter iniuriam: quæ fit Deo, & sanctis. Præceptum enim domini dicit: Non assumes nomen Dei tui in vanum.

2 Ex circumstantiis ludus etiam inuenitur peccatum septemplex. Primo, quando propter ludum non curatur de præceptis diuinis, & hominum, in his, quæ pertinent ad salutem animæ de necessitate, tunc mortale est. Secundo, quando talis ludus non est condecens personæ: vt sunt senes, prelati, & graues homines. Tertio, si fiet in loco, prohibito: vt in ecclesiis, quod mortale esset, si fierent ibi ludii theatrales, vel similes, qui prohibentur. in capitu. cum decorem. de vir. & honest. cle. & Panormita. ibi. Veniale autem,

autem, si ex rationabili causa aliqui ludi non prohibiti fuerint: ut ludere ad scacos. Vide S. Thom. secunda secunda q. 168. a. 2. Quarto, quando diebus festiuis homo abstrahitur à diuinis: quia mortale esset, si propter ludum non audiret missam, ad quam tenetur, & totum diem in huiusmodi consummaret. Quinto, quando prohibiti sunt ludi: ut clericis prohibetur ludus aleatorum, & quidam alij. c. cler. el. 2. de vit. & ho. cle. & c. presbyt. 44. d. Sexto, si fraudulenter ludatur, & si fraus tendat ad damnum notabile, erit mortale contra iustitiam. Septimo, quando deludo, qui repperus est pro recreatione, sit negotiatio, & principaliter intenditur lucrum. Si autem ludatur modo debito, peccatum non est, sed actus virtuosus, ad virtutem eutropelię pertinens: secundum Tho. secunda secunda, supra.

¶ LUDI PLURES SINT CLERICIS PROHIBITI, UT TAXILLORUM, & ALEATI CUM TAXILLIS, SIVE TABULARUM: UT IN D. C. CLER. TAMEN LUDUS SEACORUM, SECUNDUM PAN. IBI, NON EST PROHIBITUS. & PER INN. IN C. LATOR. DE HOM. CONCOR. AR. IN C. EPISCOPI. 35. D. IN PRINCIPIO, LICET QUIDAM TENENT CONTRARIUM, & MALÉ.

¶ CLERICVS PUBLICÉ ALEATOR, SECUNDUM PA. IN D. C. CLER. IPSE FACTO REPELLITUR À PROMOTIONE, NON TAMEN PRIUATUR BENEFICIO OBTENTO, NISI PRÆCESSERIS MONITIO, SECUNDUM GL. IN D. C. CLERICI, IN VER. ALEAS. & LICET GLO. VIDEATUR TENERE, QUOD LUDENDO SIC SEMPER CLERICVS MORTALITER PECCET. AUTHENT. DE SAN. EPI. INTERDICIMUS. TAMEN NON EST VERUM, QUIA HOC NON PROHIBUIT EIS PAPA, NEC IMPERATOR PRÆCIPERE POTEST: INTELLIGE, QUIA EX RECREATIONE POSSINT LUDERE, & SI PROHIBEATUR IN D. C. CLERICI, NON TAMEN EST PRÆCEPTUM OBLIGANS AD MORTALE, UT SUPRÀ DICTUM EST IN VER. CLERICUS. §. 10. Vide Sil. verb. ludus. §. 3. q. 4. qui hoc idem tenet.

¶ AC QVIVSITVM PER LUDUM SECUNDUM THO. SECUNDA SECUNDE. QUÆST. 32. S. 7. & 4. SENT. D. 15. q. 2. a. 4. EST OBNOXIUM RESTITUTIONI, QUANDO EST ACQUISITUM AB EO, QUI ALIENARE NON POTERAT,

vel quando lusor alium nolentem ludere traxit ad ludum minus, vel alio modo, ex cupiditate lucri, vel si fraudulenter lucratus est, vel lucratus est ex ludo prohibito per leges, vel statuta prohibitoria, quæ non sunt abrogata, & in hoc casu de lucro lusor elemosynam faciet, in alijs perditori restituet, sicut tenetur.

¶ LVCRANS PER LUDUM PROHIBITUM PER LEGEM, IN QUA NON MANDATUR FIERI RESTITUTIO, SICUT PROHIBETUR LUDUS TORREMENTORUM, NON TENETUR AD RESTITUTIONEM EX PRÆCEPTO, PECCAT TAMEN FACIENDO CONTRA LEGEM: DE CONSILIO AUTÉ DEBET DARE PAUPERIBUS, QUIA EST TURPE LUERUM. ER HOC EST COMMUNIS OPINIO DOCT. & IOAN. AND. & IOAN. CAL. IN D. C. CLERICI, DICUNT TUM ESSE HOC DARIPAU PERIBUS, & NON NECESSARIUM: IDEO ADVERTE CONFESSOR, QUOD SI QVIS NOLLET TALE LUCRUM DARE PAUPERIBUS, CUM DE PRÆCEPTO NON TENETUR, NON EST NEGANDA EI ABSOLUTIO. SED IN CASIBUS IN QUIBUS IUS PRÆCIPIT FIERI RESTITUTIONEM, NUNQUID TENETUR DE NECESSITATE. RESPONDET ALEXAND. LOM. IN TITULO. DE VSRIS. QUOD SUNT ABROGATE HUIUSMODI LEGES PER CONTRARIUM VSUM, QUIA REPERTI PERDITA IN LUDO, IN FORO CIVILI, & IUDICIALI, NON DATUR ACTIO, NEC SENTENTIA RESTITUTIONIS FIENDÆ, UT CLARE PARET. & IDEM TENET SCO. IN 4. SENTENT. DISTIN. 16. IDEO NON VIDETUR PECCARE MORTALITER, NON RESTITUENDO HUIUSMODI LUCRUM, VBI MODO DICTO LEX EST ABROGATA. SI AUTEM LEX ESSET IN VIRIDI OBSERVANTIA, SECUS ESSET.

¶ SI HODIE LUSI CUM TITIO, & FRAUDULENTER LUCRATUS EST MIHI DECEM, CRAS LUDAM CUM EODEM SINE FRAUDE AD LUDUM LICITUM, & LUCRABOR EI. X. IPSE TITIVS NON POTEST RECOMPENSARE X. QUÆ FRAUDULENTER INCRATUS EST, CUM X. QUÆ EGO SINE FRAUDE VICI, SED TENETUR MIHI RESTITUIRE IUXTA EA, QUÆ SUPRÀ DIXIMUS. SI AUTEM HOC FIERET IN EODEM LUDO, EODEM TEMPOTE, QUIA ILLUD DICITUR LUCRUM, QUOD IN SINE LUDI REPORTATUR, SECUS ESSET.

¶ SEMPRONIUS FILIUS FAMILIAS LUSIT CUM PÉTRO POTÉTI PERDERE, & LUCRATUS

est x. ad seacos, postmodum ludit cū eo ad chartas, & perdit x. non potest Petrus facere recompensationem, sed tenetur restituere x. quia filius familiæ ludendo potest patri acquirere, sed nō potest acquisita distrahere sine licētia patris. Idem dicit, si sit idem ludus specie, sed non numero, quia in diuerso tempore fit. Et hoc est verum de iuris subtilitate. De æquitate tamen conscientia, dicit Silu. ver. ludus. qu. 17. quod credit posse fieri. art. eius quod not. Pan. in capitulo. filius. de test. & In capit. ex parte. de censibus. prima tamen opinio mihi videtur verior, & tenenda. Idem dicit de seruo, religioso, vxore, & cætera, quando non possunt alienare.

⁹ Q V A N D O in ludo quis perdidit, potest repetere in casu quo alius tenetur restituere eidem, vel certę personę secundum Pa. in d. c. clerici.

¹⁰ M V T V A N T I pecuniam ludenti non competit repetitio: secundū Pan. supra. nec valet transactio facta in ludo: secundum communiter doct. in c. clerici. vt dicit Pa. quia ibi non potest esse lis, imō est euidentis calumnia, ergo non valet transactio. l. summa. ff. de condi. inde.

¹¹ I N S P I C E R E ludos, secundum Thom. secunda secundę supra, secundum se non est peccatum, sed propter prohibitionem his, scilicet quibz prohibitu est. Vel ratione periculi cadendi in aliquod mortale, tunc esset mortale, scienter, vel dubitanter se exponere: vt cum in ludis representantur turpia, & lasciuia, vel dimittendo diuina necessaria de precepto, tunc est mortale: vel ex visione quis aduertenter alium ad mortale induceret, vt cū ad ipsum corrigere pertinet, & videndo videtur fauere, vel quando complacent ludi, qui sunt mortales, non solum quo ad actum, sed etiam quo ad deformitatem: vt dictum est supra, Curiositas. §. 2. Vide Arch. Flor. secunda parte, tit. 3. ca. 7. §. 1. Sil. ver. ludus. q. 8.

¹² N O N licet secularibus in ludis etiam licitis, vt quando faciunt latus,

& huiusmodi, vt habitu religiosorum, & grauius peccant, sicut grauius puniri debent: authent. de san. epi. §. fin. arg. ca. de epi. & cler. minimē, & maxime, si vtuntur in theatralibus, vel in turpibus publicis. Religiosi autem possunt vt in secreto in suis recreationibus, vt si frater minor induat habitum monachalem, & huiusmodi: & etiam habitu seculari, vt in dictis representationibus fieri solet in suis monasterijs.

LVXVRIA.

¹ LVXVRIA prout venereorū superfluitatē dicit, ponitur vnū de septem vitijs capitalibus: secundum Thom. secunda secundę. 153. a. 3. & Greg. 31. libro mortalium. Et si superfluitas huiusmodi contingat secundum quamcunque speciem, sic semper est mortale peccatum: vt fornicatio, adulteriū, stuprū, & c. vt de quolibet supra, & infra in suis locis patet, & patebit, secundum autem circumstantias tantum si contingat, communiter est veniale: vt superfluitas, quæ inter coniuges reperitur, licet aliquādo possint esse mortales, vel ex ratione periculi, vel scandali.

² A C T V S venereus in matrimonio si fiat debito modo & tempore, non est peccatum: secundū Tho. supra. a. 1. quando autem fit ex concupiscentia, dummodō non excedatur limes matrimonij, erit veniale. Tho. de veritate, q. 25. a. 5. ad 7. hæc affirmat.

³ LVXVRIÆ filia, secundum Tho. supra, a. vlti. & Gregor. vbi supra, sunt hæc, scilicet, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstancia, amot sui, odiū Dei, affectus præsentis seculi, desperatio futuri, & etiam stultitia, quæ peccatum est. Hęc enim peccata & luxuria originantur.

⁴ S P E C I E S luxurię secundū Tho. supra, quęst. 154. sunt: fornicatio simplex, adulteriū, incestus, stuprum, rapus, & vitium contra naturam. Simplex fornicatio est, quando solutus cū soluta miscetur. Adulteriū, quando alter, vel ambo sunt matrimonio coniuncti. Incestus inter consanguineos, vel